

VERSION LATINE ET COURT THÈME

Durée : 5 heures

VERSION

Espoir et inquiétude à Rome

Lors de la deuxième guerre punique, P. et Cn. Cornélius Scipion sont morts à la tête des armées d'Espagne, en 211 av. J.-C., en combattant contre les Carthaginois. Dans les circonstances dramatiques que connaît alors Rome, le jeune P. Cornélius Scipion, le futur Africain, se porte candidat à leur succession.

Eo decursum est ut proconsuli creando in Hispaniam comitia haberentur ; diemque comitiis consules edixerunt. Primo expectauerant ut qui se tanto imperio dignos crederent nomina profiterentur ; quae ut destituta expectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis desideriumque imperatorum amissorum.

Maesta itaque ciuitas prope inops consilii comitiorum die tamen in campum descendit ; atque in magistratus uersi circumspectant ora principum aliorum alios intuentium, fremuntque adeo perditas res desperatumque de re publica esse ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum subito P. Cornelius, P. Cornelii qui in Hispania ceciderat filius, quattuor et uiginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore unde conspici posset loco constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt, clamore ac fauore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. Iussi deinde inire suffragium, ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam ut iam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum et tacita cogitatio quidnam egissent ; nonne fauor plus ualisset quam ratio ? Aetatis maxime paenitebat ; quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque ex funestis duabus familiis in eas prouincias ubi inter sepulcra patris patriuae res gerendae essent proficiscentis.

Tite-Live

THÈME

Lorsqu'on met sur la scène une simple intrigue d'amour entre des rois, et qu'ils ne courent aucun péril, ni de leur vie, ni de leur État, je ne crois pas que, bien que les personnes soient illustres, l'action le soit assez pour s'élever jusqu'à la tragédie. Sa dignité demande quelque grand intérêt d'État, ou quelque passion plus noble et plus mâle que l'amour, telles que sont l'ambition ou la vengeance.

Corneille, *Discours de l'utilité et des parties du poème dramatique*